

**3681** Fortunai | publicai | sacra<sup>1</sup>.

Beneventi, tabella aenea (IX 1543 viderunt Mommsen aliique). — 1) Cf. N. 5096 not. 2.

**3682**

Forte Fo[rtunai]

violaries, [m]a[gistres]

rosaries, co[iravere].

coronaries;

Romae rep. trans Tiberim, V m. pass. a porta Portuensi (VI 169 cf. 50707 vidit Huelsen). Sacrarium Fortis Fortunae situm trans Tiberim ad miliarium sextum memorat hemerologium Amiterninum sub d. 24 Iun.; ex hoc sacrario videatur produisse lapides hi et VI 168 (cf. CIL. I ed. 2 p. 520).

**3682<sup>a</sup>** [F]orte For[tunai] | donum dant | conlegiu lani<sup>1</sup> | Piscinenses<sup>2</sup>. | Magistreis | coiraverunt | A. Cassi. C. l., | T. Cornelii. Dör.<sup>3</sup> l., | . . . .

Romae rep. ibi ubi ea quae praecedit (VI 167 cf. 50707 viderunt Henzen et Huelsen). — 1) lanii excepit Henzen; sed lineola quae extat post lani non videtur esse I littera. — 2) Piscinenses lanti hi dicti a piscina publica, quae postea regio-nis urbi duodecimae nomen dedit. — 3) Corneliae. ·

**3683** cisiariei Praenestinei F. P. d. d.<sup>1</sup> Mag. cur.<sup>2</sup> (sequuntur nomina corrupta).

Praeneste (XIV 2874 semel descripta saec. XV). — 1) Fortunae Primigeniae donum dant. — 2) Magistri curavcrunt.

**3683<sup>a</sup>** coques atriensis<sup>1</sup> [F. P. d. d.] | Magistres: Rodo Or[cevi] . . . [s.], | Artemo Dind.<sup>2</sup> Q. s., Apoli[naris . . . s.], | Protus Ae[mili] . . . s.]

Praeneste (XIV 2873 semel descripta saec. XVI). — 1) Atrienses cur dicti sint hi coqui, latet. — 2) Cf. supra N. 5381 not. 2.

**3683<sup>b</sup>** . . . fabres F. P. d. [d.]

Praeneste (XIV 2876 vedit Stevenson).

**3683<sup>c</sup>** conlegiu mercator. | pequarioru, mag. coir. | [L.] Munci. P. f., C. [V]atroni. C. l., | F. P. d. d. l. m.

Praeneste (XIV 2878 bis descripta saec. XVI).

**3683<sup>d</sup>** M'. Obelli. M. f., Vo . . . . | aurufic. de sacra v[ia]], Apella l., F. P. d. [d.]

Praeneste (Notizie degli scavi 1896 p. 52).

**3683<sup>e</sup>** lani dant, mag. coeravere: | L. Ligurius L. l. Antiochus, | P. Dindius P. l. Davos Calidus, | Q. Petronius Q. l. Salvius, | Sex. Pontius Sex. l. Stabilio.

Praeneste (XIV 2877 integrum solus descr. Smetius).

**3684** Orcevia Numeri | nationu gratia<sup>1</sup> | Fortuna Diovo fileia<sup>2</sup> | Primo-genia<sup>3</sup> | donom dedi.

Romae empta a Dutuit Rothomagensi, sed reperta sine dubio Praeneste, tabella aenea (XIV 2863 ad ectypum; imaginem Froehner collection Auguste Dutuit, Paris. 1897 n. 77 tab. 74). Tractaverunt Mommsen Herm. 49, 1884 p. 453; Jordan symbolae ad historiam religionum Italicarum alterae (Ind. lect. Regiomont. 1883) p. 5 seq. — 1) GRATIA aes. Intellege: nationis gratia, i. e. propter